



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

98 Neq[ue] hoc Germanicorum grauaminum postremum est, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

to ineptiores, q̄ ipsi sint, creent notarios: vt semper dignum,
quod in prouerbio est, cōtingit patellæ cooperculum. Quod
ipsum Imperij Status, abrogari effictim rogitant. Præfati
item Apostolicæ sedis nuncij & legati a iure iurandis, pactis,
obligationibus absoluere: & sic absolutos ad agendum de no-
uo restituere moluntur. Qua vna re æquitati, fideiq̄ huma-
næ, nihil est aduersum magis.

Conatur insuper beneficia, quæ patronatus iuri subsunt, 97
conferre: & sic patronis tam ecclesiasticis, q̄ sacerdotalibus in
iuribus suis derogare, penitusq; eos priuare: quod etiam me-
rito aboletur.

VTRIVSQUE SEXVS RELIGIOSI, IN SVORVM
monasteriorum, clausarum, fundationum, aliorumq; con-
uentuum, commodum, succedunt sacerdotalibus, quum ipsi
vicissim ab illis ad hæreditates, neq; vocentur, neq; admit-
tantur.

Neq; hoc Germanicorum grauaminum postremum est, 98
q̄uis ultimum hic sortiatur locum, mos non amplius ferendus,
hactenus inoleuit, pauloq; altius, q̄ par sit, radices egit:
videlicet, q; Monachi, Moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nol-
hardi, Conuentus, & quicunque tandem sunt, qui se religiosos,
& a popularibus segregatos profitentur, parentibus,
consanguineis, agnatis, ac cæteris amicis, in hæreditarijs bo-
nis, aliquando in partem, nonnunq; in totum succedunt. At
vicissim eorum cognati, seu necessarij laici, a prætactis reli-
giosis, ad ipsorum hæreditates adeundas, non solum non vo-
cantur, sed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & gra-
ue, & molestum, iniustum etiam, ac non diutius tolerandum
onus est. Eapropter necessario, ac summa prudentia curan-
dum est, vt deinceps nemo se memoratorum religiosorum
votis vel adstringat, vel addicet, nisi pri ea de re ciuiles ma-
gistratus certiores fecerit, quorum præsentia, auctoritate &
consilio religionem ingredi volentibus, a parentibus & ami-

H

cis, iuxta cuiusq; fortunam ac facultates, mediocriter prouideri debet, vt habeat, vnde commode in monasterijs viuere possint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione, vt omnibus hæreditatibus, omnibusq; parentum, fratribus, sororum, cognatorum cohæredum, ac quorumcūq; aliorum successiōnibus renuncient, in animumq; nequaq; inducant suum, se in posterum hæreditario iure quicq; nedum sperare, tantū abest ut consequi se posse putare queant. Idemq; cūm his, qui iam olim religiosorū regulis sese subiecerunt, fieri a Sacri Roma, Imperij Statibus, & petitur, & censemur.

Q² ET IN PROXIME HABITIS VVORMACIAE
Comicis, de hactenus memoratis grauaminibus, tractatum siet.

99 Potior item pars, hactenus enumeratorum articulorum, Romanam Sedem, Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, Officiales, Ecclesiastica consistoria, cæterasq; ecclesiasticas personas concernentium Cæsareq; Maiestati in proximo Principum ac Procerum VVormaciæ celebrato conuentu, a laicis Imperij columnis & Statibus, in scriptis, non sine suppli cibus oblata est precibus, quo prædicta grauamina, æquitate, necessitateq; ita postulantibus aboleat, atq; e medio penitus tollat. Quod ipsum non clam Archiepiscopis, Episcopis, reliquisq; ecclesiasticorum Statibus, in prædictis Comicis factum est. At hucusq; nihil vel immutare, vel emendare ceperunt. Eam ob rem sœculares Imperij ordines, necessario, vrgentibusq; ex causis adacti sunt, Papali Sanctitati supra memorata, ac non amplius ferenda onera, prout sua Sanctitas, clementi Christiano, planeq; paterno animi affectu fieri petijt, indicare, atq; suppliciter rogare, quo prædicta grauamina sua sanctitas emendet, atq; e medio tollat.

100 Plura adhuc grauamina ob oculos versantur, indicatu maxime necessaria, quæ tamen breuitatis gratia obmittuntur.